



B. C. D.

## PROOEMIUM.

**S**imonides interrogatus olim ab Hierone Tyranno, quidnam esset DEUS? deliberandi unum sibi diem postulavit, cum idem ex eò postridiè quæreretur, biduum petiit, ac cum ita scæpies duplicaret numerum, admiratusq; Hiero Tyrannus, qui rogaverat, efflagitaret, cur ita faceret? Quia, inquit, quantò diutius considero, tantò mihi res videtur obscurior. Et sanè ita est, ut rectè Simonides Hieroni Tyranno respondit; nam quotiescunque de DEO cogitamus, ejusq; naturam rimari audemus, non rivulum ingredimur, nec flumen, sed vastissimi cujusdam maris, qui vel optimos natatores jam olim absorpserunt, gurgites indomitos; siquidem hæc doctrina doctissimorum hominum semper torsit ingenia, ut viam, quâ se expedirent, omnino non invenerint, sed quoscunq; verterent, in alios semper & alios, eosq; inexplicabiles nodos incurrerint, innumerisq; implexi hæserint labyrinthis. Ea nimirum est hujus materiae sublimitas, ut ad eam caliget huma-

A

na